

# In l. secundam de origine iuris

CATALEXIS,

VENTURA CAECO AVTHORE,

BONONIÆ in Alma Academia Humaniores literas  
proficiente.

AD REVER. P. DONATUM CÆSIUM

*Narniensem Antistitem, Bononiæ iure opt.*

PROLEGATUM.



DEMISSVS



BONONIÆ,

*Excudebat Ioannes Rubeus, auspice Mercurio.*

M D L X I I I.

3

REVERENDISS. P. DONATO CAESIO  
NARNIENSI ANTISTITI,  
BONONIAE PROLEGATO.



VENTURA CÆCVS S. P. D.



VTHOREM ego quidem rerum, con-  
ditoremq; DEVM, cuius nutu, atq;  
imperio obtemperant uniuersa, cæliq;  
summa reguntur, atq; terrarum ima:  
nihil homini Philosophia præstantius,  
nihil diuinius tribuisse puto; cuius rei  
causam suscipies qua cætera consueui-  
sti mente, PRÆSVL Amplissime, Clarissimeq; PROLE-  
GATE. Constat sanè homo corpore, atq; animo: cumq; corpus  
contrariis elementis confectum, animus contactu, coniunctioneq;  
corporis innumeris conflictetur morbis, uariisq; libidinibus tor-  
queatur, gemina reperienda fuit medicina, altera, quæ corporibus,  
altera, quæ mederetur animis. Est igitur (ut in pauca conferam)  
animorum medicina Philosophia, quæ parata, ac reddita non con-  
tenta incolumitate, mentes expiat ut euolare audeant, imitariq;  
Numina. Hinc immortalitatis parandæ immensa cupido, quam  
licet omnes consequi non ualeamus, appetimus tamen, eoq; cona-  
tum omnem dirigimus. Pauci tamen superis (ut mihi persuadeo)

A 2 charif-

9  
IN LEGEM II. DE ORIGINE IVRIS

PREFATIO. quod in hoc libro tractatur de origine iuris  
collo, oritur in iuris iudicium. Qui in iuris iudicium lo-



**O**MNES homines (ut ego mihi  
quidem persuadeo) queis non  
frustra tributa est ratio, queis  
ut scribitur anima non est data pro  
sale, omnes inquam homines  
tantum nomine dignos omni stu-  
dio, summaque conari decet ope,  
ut corporum penitus oblitiscuntur hinc celestia sapiant,  
diuina curent, meditentur aeterna, relictisque terrenis  
molis impedimentis sese quantum homini liceat, ef-  
ferant ad Deum, quod ego uere puto philosophari.  
Tantum enim abest, ut animus terrena labe pollutus  
se conferat ad philosophandum, ut nihil existime-  
tur clarissimorum uirorum sententia philosophiam  
aeque respuere, tantopere abominari. quam obrem  
uerus utique philosophus tantum corpori tribuet, quan-  
tum desiderare uideatur natura, quicquid reliquum  
erit (erit autem sane plurimum) ad mentis cultum ac-  
commodabit, seque diuino praeditum animo sentiens  
Deum efficiet inter homines, celestemque genium,  
natum ut fortunam uincat, conterat uitia, diuina iu-  
ra, legesque custodiat, extollat, efferatque uirtutem, nec  
se patiatur mortalium illecebris contaminari. Hunc

pro lib

B ego

# Libri Primi Catalexeos in

## LEGEM II. DE ORIGINE IVRIS

### EXCURSIO PRIMA.



**E**XPLICATVR IS igitur nobis  
 quid, quantumq; complecti po-  
 tuerimus, atq; intelligere de al-  
 tera lege, quæ est sub titulo de  
 origine iuris, optimum factu vi-  
 detur, si priusquam ad literam  
 accesserimus, ipsius tituli expo-  
 suerimus quoddam quasi cognomen, nostri Rubri-  
 cam appellant; à connexionè, coniunctioneq; sum-  
 pto principio: sic enim receptum consuetudine vi-  
 demus. Tribus igitur modis carètia corpore, & quæ  
 sola mente percipiuntur. coniungi mihi posse vide-  
 tur. Primo quæadmodû generibus cõiunguntur, co-  
 pulanturq; formæ. Est enim series quædam, quæ à ge-  
 nere trahens principium, ad ultimasq; perueniēs for-  
 mas, ibi finitur. Etenim singularia cum successione  
 saltē, vt philosophis placet adeptæ sint infinitatem,  
 sub scientiam sanè non cadunt. Scientia igitur ultimis  
 definitur formis, quas vulgato nomine indiuiduas  
 species, idest singularibus proximas cõsueuimus ap-  
 pellare; hæ autem siue species, siue formæ sub aliquo  
 genere

Ego Frater VINCENTIVS Spargiatus BONO-  
NIENSIS Vic. Reuerendi Inquisitoris appro-  
bo hunc librum tradi impressioni.



BONONIAE

*Excudebat Ioannes Rubeus, auspice Mercurio.*

M D LXIII.

